



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1415. usque ad annum 1431

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1768**

**VD18 90118294**

§. 13. Literæ monitoriæ adversus Comitem Virtutum.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66272](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-66272)

Sæcul. XV.  
A.C. 1117.

§. XII.

---

*Sessio XXXI. Dissidia Gallos inter  
& Anglos composita.*

*Idem p. 216.* In Sessione trigesima prima celebrata die Mercurii ultima Martii, cui Cæfarem adfuisse non constat, de caufa Benedicti nil agitatum est: In ea vero magnæ Gallos inter & Anglos exoriebantur discordiæ. Galli enim specialem in Synodo nationem efficiendi prærogativæ, quam sibi Oratores Angli arrogaverant, contradicebant; Thomas Polton Angliæ Legatus jus suum tuebatur, edito hanc in rem libello, quo rationum momentis a Gallica natione jam antea exhibitis respondere conabatur; cum vero Anglorum Scriptura nimis prolixa effet, ex integro recitata non fuit. Nihilominus illam Synodus approbavit; unde Angli in possessione juris quintæ Nationis conservati fuerunt, eodem prorsus modo, quo quartam formabant, priusquam Hispana natio accessisset.

§. XIII.

*Literæ monitoriæ adversus Comitem  
Virtutum.*

*Vid. supr.*  
*Lib. CIII.*  
*§. 146.*

Cum Philippus Comes Virtutum Albertum Astensem Episcopum, qui Constantiam petebat, in Longobardia

con-

comprehensum carceri mancipasset, Epi- **Sæcul. XV.**  
 scopus Concordiensis a Synodo monito- **A. C. 1417.**  
 rium, ut vocant, contra præfatum Co-  
 mitem expediri petiit, eoquod illius vio-  
 lentia Carolinæ Constitutioni, quam Sy-  
 nodus confirmasset, adversaretur. Con-  
 cilium æquas habens Concordiensis E-  
 piscopi preces, Comiti Virtutum indicta  
 anathematis pæna injunxit, Episco-  
 sum Astensem infra bidui spaciū  
 e carcere dimitteret, ac Constantiam  
 libere abire sineret, ut a Synodo utriusque  
 parti jus dici posset; cuius rationem Pa-  
 tres allegabant sequentem: *quia subditi*  
*in eorum Prælatos, & Laici in Clericos*  
*nullam habent jurisdictionem, & potestatem,*  
 quem Canonem postmodum Richerus  
 Doctor explanavit, afferuitque, ex hisce **Richer. hist.**  
**Conc. tom. 2.**  
 Constantiensis Synodi verbis inferi haud **p. 178.**  
 posse, quod Clerici in omnibus a Juris-  
 dictione civili exempti essent.

#### §. XIV.

#### *Varia Decreta in Synodo promul-* *gata.*

Quatuor postmodum perlecta sunt de- **Labbe Conc.**  
 creta; quorum primum famosos **to. 12. p. 218.**  
 prohibuit libellos; alterum *ad interim* ele-  
 ctum confirmavit Episcopum, quem Be-  
 nedictus XIII. adversus æmulum a Joan-  
 ne XXIII. nominatum ad Bajonensem E-